



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Sanctis

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXX

Exegesis Euangelij Luc. II.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47060](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-47060)

Postquam Apostolus, quam viriosi, mali, malignique fuimus ante conversionem & viles, monstrauerat, quid ex gratia Dei iam simus, quid Christi nobis contulerit incarnatio, indicat hac lectione, dicens: Apparuit nobis benignitas Dei, misericordiae suae largitatem in nos effundens, simul ac humanitas Saluatoris nostri Dei, puta à Christo Dei Filio adsumpta, se nobis in sua natiuitate manifestans, nobis illuxit. Inde enim salus nobis orta est. Neque enim hac venit ex operibus iustitiae, quae fecimus nos: quia haec nulla feceramus, vnde salus nobis proueniret, nec vnde meruissemus, vt salus nobis proueniret: sed ipse secundum misericordiam suam nos in quos ac perditos saluos effecit, & hoc per lauacrum, seu baptismum, quo sumus regenerati & innouati, veniente in nos Spiritu sancto, per quem datur nobis remissio peccatorum. Vide tamen, quia hic alibiq; sapius, vbi dicitur salui facti, non, vt quidam, perperam intelligas de salute vltima, quae nobis promittitur: illam enim nondum assecuti sumus, nisi in spe: quamuis haec adeo (si tamen ipsi nos per peccata impedire, & per impoenitentiam à nobis Dei gratiam excludere noluerimus) est nobis certa, vt iam dicamur salui facti: quo intelligimus nos in statum, quo saluari possumus, per ductos. Quod nisi ita intelligatur, nullus foret Christianorum, qui damnaretur: quod manifesto apparebit falsum. Multi enim à sinistris erunt, & plures, quam à dextris, iudicandi & reprobandi: inter quos non pauci erunt Christiani nomine ac fide per charitatem non viuente: quia multi sunt vocati, pauci vero electi. Itaque empti sumus precio magno, hoc est, sanguine immaculati agni Christi Iesu. Et haec redemptio in baptismo nobis communicata est: quia merito conuersionis & passionis suae nos saluos à iugo diaboli, & à seruitute peccati fecit, vt iam (quomodo alibi dicitur) spe salui facti sumus, nondum re. Neque enim ad deo sumus propter mutabilitatem arbitrii nostri securi, vt à salute nostra non valeamus denuo excidere. Quod tamen si ita contingat, ex culpa sola est nostra. Igitur per lauacrum regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos per varia dona abundè, haec salus & redemptio nostra nobis operata est per Iesum Christum Saluatorem nostrum, vt non nostris meritis, sed ipsius gratia iustificati atque à peccatis exuti, per spem quoque simus haeredes vitae aeternae.

EXEGESIS EVANGELII IN EODEM FESTO

Luca II.

Christo Domino nostro Dei Filio incarnato, & nato ex Maria virgine, mansit exigua haec familia, Ioseph puta & Maria cum infante in domo, vbi virgo pepererat. Voluit autem beatissima virgo per omnia subdere se legi, nec vlla gaudere, quantum legis attinet obseruantiam, prerogatiua. Eam ob rem, licet virgo conceperat absque viro, filium virgo pepererat, quomodo tamen purificationis rerum suscepit, ita etiam ingressu templi & consuetudine hominum, legi obediens, abstinuit, puerum quae circumcidi fecit: tamen nullo pacto legi adstringebatur ipsa, sed palam

Salui facti
quomodo di-
cantur om-
nes Christia-
ni.

Matth. 25.

1. Cor. 6.
Matth. 22.
1. Pet. 1.

Rom. 8.
Poffe quem-
que Christia-
norum per
culpam à sa-
lute excide-
re.

Luca 2.

eximebatur, lege dicente: *Mulier qua suscepto semine, & ceteris.* Quod profus erat à beatissima virgine Maria alienum. Tamen, vt dixi, noluit apparere singularis, sed ex humilitate se conformare ceteris. Ideo ab exordio nostræ salutis, à natiuitate infantis, postquam consummati sunt dies octo (octauo enim die natiuitatis necesse erat circuncidi puerum) infans Dei & Virginis filius circuncisus est. Quod Euangelista breuiter sic refert:

Leuit. 12.
Genes. 17.
Leuit. 12.

Postquam consummati sunt dies octo, vt circuncideretur puer.

Præceptum datum erat Abraham, vt Geneseos habet liber, de circuncidendo omni masculino. Ita enim dictum est illi: *Ego statuam pactum meum inter me & te, & seminum tuum post te in generationibus suis fœdere sempiterno, vt sim Deus tuus & seminis tui post te. Hoc est pactum meum, quod obseruabitur inter me & vos, & seminum tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetur carnem præputij vestri, vt sit in signum fœderis inter me & vos. Infans octo dierum circuncidetur in vobis: erit quæ pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputij caro circuncisus non fuerit, delebitur anima illa de populo suo, quia pactum meum irritum fecit.* Vides igitur, quam erat necessaria circuncisio sub lege, & à tempore Abraham vsque ad Christum. Si interrogas, quare erat necessaria? dicendum, ideo, quia à Deo præcepta & instituta, non omni populo, sed genti tantum Hebræorum: hoc est, Abraham, filijs eius ac vniuersæ posteritati eius, quam diu genti essent Hebræorum adunati. Si queris, quare fuerit instituta circuncisio? dicendum in remedium originalis peccati. Adam enim peccans atque præcepti sibi dati à Deo transgressor, originalem iustitiam in qua creatus fuerat amisit, & sententiam damnationemq; Dei, dicens, *In quacunq; die comederis de ligno hoc, morte morieris,* incidit, & seipsum vniuersam quæ suam posteritatem immortalitate, hæreditateq; celestis priuauit. Huius enim originalis peccati, huius quæ sententiæ diuinæ lætæ super genus & posteritatem Adæ, omnes, quotquot ex ipsius semine nascimur, participes effimur.

Genes. 17.

Circuncisio cur in veteri lege fuerit necessaria. Circuncisio nem valuisse contra originale peccatum. Gen. 2.

Veruntamen, misericordia Dei noluit nos omnino perire, sed contra hoc peccatum originale remedia mundo nullo non tempore prouidit, ne perpetuo essemus damnati: sed in Christum, siue olim nasciturum ac promissum, siue iam natum, quisquis crederet, saluus esset. Eadem enim fides est omnium eorum, scilicet qui Christi præcesserunt incarnationem, & qui sequuntur. In eundem nempe redemptorem pariter credimus, qui ante Christum & post Christum nati sumus: nisi quod pro tempore veteris testamēti, patres illi crediderunt in venturum, nos in eum qui iam venit. Huius fidei protestatio seu professio quædam fuit sub lege naturæ sacrificium aut Dei cultus. A tempore verò Abraham, & sub lege scriptæ circuncisio: quæ à tempore illo vsque ad Christi passionem durabat: nunc verò sub lege gratiæ baptismus. His remedijs liberamur ab originali peccato, quamuis nullum remedium ante baptismum institutum, & antequam Christus pro omnibus nostris peccatis satisfecit, aperire nobis potuerit regnum cælorum, sicut hic dicit Beda in homelia: *Scire debet fraternitas vestra, qua idem saluti feræ curationis auxilium circuncisio in lege contra originalis peccati vulnus agebat,*

Fides quomodo omnium sit eadē.

Remedia quæ temper faciunt contra originale peccatum.

Beda.

bat, quod nunc bapismus reuelata gratiæ tempore agere conſteuit; excepto quod caeleſtis regni ianuam necdum intrare poterant, donec adueniens benediſtionem daret, qui legem dedit. Quod tamen ita intelligendum non eſt, quod circunſiſio, ſicut nec alia ſacramenta veteris legis, hominem iuſtificauerit (quia contrarium ad Romanos ſcribit Paulus) quod contulerit dederitve gratiam ex opere operato, ſeu ex virtute ſacramenti, ſed erat ſignum & proteſtatio fidei iuſtificantis. De his autem qui ſub lege vixerunt naturæ, iſtatur D. Gregorius dicens: Quod apud nos iam valet aqua bapismi, hoc apud veteres potuit pro infantibus fides (puta actus ille exterior, quo ſidem proteſtabantur ſuam parentes pro puero) in adultis verò virtus ſacrificij & oblationis. Itaque vt Beda teſtatur, vtrique purificatio, circunſiſionis videlicet in lege, & in Euangelio bapſimatis, tollendæ præuaricationis prima gratia poſita eſt. Et ne cui ſeculi labentis ætati ſuper ni reſpectus munera deſſent, illi quoque qui à mundi exordio, vſque ad tempora datæ circunſiſionis, vel poſt datam circunſiſionem, de alijs nationibus placuerunt Deo, vel hoſtiam oblationibus, vel ſola certæ fidei virtute ſuas Deo ſuoq; creatori animas commendantes, à primi reatus vinculis abſoluere ſe curabãt. Quod ſi quis dixerit, cum fides & oblatio, ſiue ſacrificium ſub lege etiam naturæ eſſent in remedium originalis peccati, quid opus fuit vt inſtitueretur circunſiſio? Dicendum, circunſiſionem datam eſſe, non ſolum ad purgationem, & in remedium originalis peccati, ſed etiam in ſignum diſtinctionis ab alijs nationibus, quo ſcilicet diſcerneretur hic populus Deo electus atque peculiaris, ex quo Chriſtus erat naſciturus, ſingulari ſanctitate, præ alijs populis clarus Deoq; dilectus. Atque ideo huic ſoli populo Hebræorum in ſignum diſtinctionis erat circunſiſio danda. Sed, inquis, quare potius id tempore factum eſt Abraham? Quare non antea, aut poſt? Dicendum: Ante Abraham tempora non fuit neceſſarium, propterea quod tunc penè omnes erant, ſideles, nec clara erat aliqua promiſſio de Chriſto. Abraham verò tempore cepit idololatria & peccatum contra naturam. Abundare quoque cepit & crescere omnis iniquitas. Quare tunc etiam rectè promiſſio erat faciendæ de Chriſto naſciturus, qui peccata mundaret, ſignum quoque fidei ponendum erat contra infidelitatem, & ſignum caſtitalis contra luxuriam: que (vt dixi) ceperat abundare. Huiusmodi itaque Deus ſibi populum ſegregare cupiens ſanctum, ex quo naſceretur, Abraham dedit de circunſiſione præceptum, in ſignum fœderis ac pacti ſempiterni cum eo, & cum ſemine eius, hoc eſt, in ſignum naſciturus Chriſti ex ſemine eius.

Exhibuit autem Abraham benignitatem & dilectionem magnam Deus: atque (vt ita dicam) ſingularem amicitiam ad Iſaac filium eius, ad Iacob quoque filium Iſaac oſtendit. A quorum ſanctitate dum inciperent degenerare eorum filij & filiorum filij, tempore Moſis denbò vniuerſum populum ex Abraham per Iſaac & Iacob (ad quos facta erat repromiſſio) natum ſibi ſegregauit, atque lege data reſtrinxit. Ante igitur quam legem daret, neceſſe erat gentem cui legem eſſet daturus, puta ſemen Abraham in Abraham adoptari, ſignis circunſiſionis (hanc cui faciebat repromiſſionem de Chriſto naſciturus) ab alijs diſtinguere. Circunſidebatur itaque ſolus hic populus peculiaris, aut ex Abraham genitus, aut ei familiaris. hoc eſt, vernaculus & emptius,

Pſal. 33.

Circunſiſio
nec alia ſa-
cramenta ve-
teris legis iu-
ſtificare non
potuiſſe que-
rim

Gregorius.

Beda.

Circunſiſio
cur data ſit
Abraham.Idololatria
& peccatum
contra natu-
ram quando
omnium corpe
ſunt.

Genef. 17.

Gene. 6.

Gene. 31.

Genef. 22.

Gene. 26.

Gen. 21.

Quomodo
illi circunſi-
debantur.

tius, & qui in Iudæorum voluit transire coloniam. Quia soli huic populo præceptum à Deo hoc datum fuit pro maribus, non pro foeminis. Eua enim si sola transgressa fuisset Dei præceptum sine viro, mansisset Adæ & nobis omnibus originalis iustitia. Per Adam igitur mors in omnes intravit, ideo singulari mares purgatione egebant, dum mulieribus interim fides sufficeret. Verum, obijcis fortasse, cur Christus voluit circuncidi, quum fuerit ab omni culpa alienus. Licet enim veritatem adsumpserit carnis, non tamen adsumpsit veritatem carnis peccati, sed similitudinē, sicut scriptum est: Propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos Deus, misit Filium suum in similitudinem carnis peccati. Si ergo Christus carnem habens, peccatum autem aut carnem peccati non habens voluit circuncidi, quæ illius circuncisionis ratio fuit? Dicendum, id factum fierique convenisse: Primo, ad Iudæicæ perfidiæ confutationem. Futurum enim erat, ut ipse (quemadmodum Apostolus ait) per semetipsum euangelizando minister foret circuncisionis propter veritatem Dei, & ad implendas promissiones patrum. Ne ergo iustam prætereundam occasionem Iudæi, ad refutandam illius doctrinam, aut rationem prætereundam, quare Christum non reciperent, voluit circuncidi. Nisi enim circuncisus fuisset, dixissent, patribus dissimilem, nec de gente ipsam esse Iudæorum, aut semine Abrahamæ, unde Christus foret nasciturus: atque idcirco nec David esse filium, nec Christum. Ut igitur nihil illis relinqueretur, quo suæ malignitatis obumbrarent invidiam, aut se excusarent, voluit circuncidi, & in se circuncisionem finire. Acceperat enim Abraham circuncisionem in signum fœderis inter Deum & se, & quod semini eius Deus daturus esset terram hanc promissionis, & in eius semine benedicerentur omnes gentes. Quod quid aliud fuit, quàm quod ex eo foret nasciturus Christus, in quo omnes nos benediceremur, atque per fidem filij Abrahamæ facti, fratres verè Christi, per eundem possideremus portas inimicorum nostrorum, possideremus terram promissionis, quæ figurabat terram viuentium, hoc est, cælestem patriam. Credidit igitur Abraham Deo, scilicet in seminis promissione, quod esset sibi futurum, in quo benedicerentur omnes gentes, & fidei suæ signum à Deo accepit, ut inter illum semenque eius & Deum esset fœdus sempiternum. Cuius tam fidei Abrahamæ, quam fœderis diuini, signum erat circuncisio. Quisquis igitur Abrahamæ fidem imitans circuncidebatur, ipsa circuncisione se semen illud, hoc est, Christum nasciturum expectare profitebatur. Circuncisio enim futuri seminis expectandi professio erat. Neque enim de seminibus Abrahamæ promissio facta est, tãquam de multis, sed de semine vno, qui est Christus. Hinc iam liquet, quare circuncisio iam abolita est, & per Christum est finita: adeo ut si quis circuncideret se, Christum negaret, quia & Apostolus dicit: *Si circuncidimini, Christus nihil vobis prodest.* Loquebatur autem gentibus ad Christum conuersis. Sed quare Christus illis non prodesset? Quia circuncidendo se, testarentur se Christum expectare venturum, qui iam venit: quod est Christum negare. Nam si alius expectatur adhuc venturus Christus, fuisse Christus ille qui venit, negatur. Abolita igitur atque profluta illicita est posthac circuncisio. Quod si Iudæi dicant, perpetuo circuncisionem mansuram, propterea quod Abraham dixerit Deus. *Statuam pactum meum inter me & vos, & semens tuum post te in*

Exod. 12.
Gen. 15.
Gen. 1.
Mulieres
quomodo o-
lim a pecca-
to originis
purgabantur.
Roman. 3.
Roman. 5.
Christus cur
circuncidi
voluerit.
Eph. 1.
Circuncisio-
nis Christi
ratio triplex
quæ
Rom. 11.
Gene. 17.
Gene. 22.
Gene. 15.
Galat. 5.
Galat. 5.
Circuncisio
cur in noua
lege abolita
sit, & illicita
Galat. 5.
Gen. 17.



- Ibidem. *generationes suas fœdere sempiterno: & iterum: Britique pactum meum in carnem vestra in fœdus æternum* Sed respondendum illis, circuncisionem non esse fœdus, sed signum fœderis, sicut dixit ad Abraham Deus eodem loco: *Circumcidetis omne masculinum, &c. ut sit signum fœderis inter me & vos, & fœdus vestrum* Fœdus itaque Dei, siue pactum nobiscum manet æternum, perpetuumque. At signum fœderis nihil obstat mutari. Secundo, Christus voluit circuncidi, propter exemplum, & ad instructionem humilitatis. Qui enim natiuitatis suæ die paulo minus minoratus ab angelis, *habitu inuentus est ut homo*, hodie ab angelis multo magis minoratus est, non solum formam hominis, sed etiam formam exhibens peccatoris. Puerum Iesum alloquens Bernardus, dicit: Ad quid tibi circuncisio necessaria, qui peccatum non commisisti nec contraxisti? Quod ipse non feceris, aras manifestat: quod non contraxeris, multo certius probat Patris diuinitas, & integritas matris. Summus sacerdos es, quem nec super patre, nec super matre contaminandum prophetatum est in lege, potius quam mandatum. Est enim tibi Pater ab æterno, sed Deus est, in quem peccatum non cadit. Est & mater ex tempore, sed virgo, nec parere potuit incorruptio corruptisiam. Super hæc omnia circuncideretur puer, agnus sine macula: & si non eguit, tamen voluit circuncidi. Nec vestigium quidem vllum vulneris habens, alligaturam non refugit vulneris. Sed non sic agit peruersitas elationis humanæ. Erubescimus vulnerum alligaturam, qui de vulneribus etiam interdum gloriamur. Quem nemo arguere potest de peccato, ipse peccati remedium, & verendum pariter & austerum sine vlla necessitate suscipit. Nos e contrario inuerecundi ad obscœnitatem culpæ, erubescimus agere penitentiam (quod externæ dementiæ est) male proni in vulnera, penam in remedia verecundi. Qui peccatum non fecit, non dedignatus est peccatorem se reputari: nos & esse volumus, & non estimari. Itane sano opus est medicina, & non potius malè habentibus? Sed Christus patienter quæ non rapuit, exoluit, qui venit purgationem facere, non suscipere delictorum. Sed dicis: Quid ni susciperet paruulus? Imo verò, quid ni susciperet humilis & mansuetus? Quid ni obmutesceret coram circuncidente, qui coram condente obmutuit, coram crucifigente siluit? Alioquin non erat illi difficile carnem suam integram seruare, ne scinderetur, qui fecerat, ne virginalis vteri porta in exitu suo aperiretur. Non erat difficile paruulo prohibere, ne caro illa circuncideretur, quando nec mortuo difficile fuit custodire, ne corrumperetur. Hoc igitur nos exemplo docere voluit, ut qui adsumus proni ad vulnera suscipienda, hoc est, ad delicta admittenda, tardi ad remedia, discamus pro remedijs esse solliciti ad exuenda sanandaque delicta: quandoquidem ille, in quo peccatum non fuit, peccati remedium admisit. Tertio, ut doceret nos spiritualiter circuncidendos, voluit ipse corporaliter circuncidi. Debemus enim circuncidi, tam internè, quàm externè. Primo, quantum ad ea spectat, quæ extra nos sunt debemus circuncidi, refecando superflua: quod Christus docuit, dicens. *Verumtamen quæ superest, date elemosynam*, Et Ioannes: *Qui habet duas tunicas, det non habenti*. De duabus tunicis loquitur, quando alteram dare iubetur non habenti. Nam vnâ habens, non habet quod inde tribuat. Si enim vnâ tunica di-

uidetur

Ibidem.

Ibidem.

Philipp. 2.

Bernard.
Humilitatem
Christus quã-
tam præto-
garit in sua
circuncisione
Numer. 6.

Matth. 9.

Psalm. 68.
Hebr. 1.

Esaie 59.

Ibidem.

Quomodo
spiritualiter
homo circū-
cidere se de-
beat.Lucæ 11.
Lucæ 1.

VI
22

videtur, nemo est qui vestitur. Et Ioannes Apostolus: *Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrem suum necesse habere, & clauerit viscera sua ab illa, quomodo charitas Dei manet in illo?* Secundo debemus linguam nostram circuncidere à detractione, contentione, & ocioso sermone. Siquidem Christus dicit: *De omni verbo ocioso reddendam hominibus rationem in die iudicij. Si ociosè nobis loqui Christus non concedit, quid monachorum arguimus instituta, qui propter cauendum sermonem ociosum, silentium inducunt? Calumniator igitur est, quisquis reprehendit id, quod ne Euangelium transgrediatur, custoditur. Tertio, sensus nostros circuncidere debemus à vanitate. Prohibemur enim in scriptura oculos habere sublimes, vagosquè. Nisi enim pudicos habeamus oculos & aures, non possumus castum habere cor. Quæ enim videmus, hæc meditamur & concupiscimus. Quæ autem quis nunquam vidit, nunquam etiam concupiscit. Quamobrem prudenter oculos suos circunciderat, qui dixit: *Pregressus cum oculis meis, ne cogitarem de virgine.* Breuiter, omnia in nobis debemus circuncidere, quæ nos coram Deo dehonestant. Quicquid eius oculis ingratum didicerimus, circuncidendum est nobis. Hæc circuncisio purgat, nosquè commendat Deo. Huius circuncisionis alia, quæ est legalis & Abrahamæ data, fuit figura, & significabat resurrectionem futuram, qua circuncidetur ab omni corruptione & defectu corporali.*

1. Ioan. 3.

Lingua quomodo sit circuncidenda. Math. 22.

Ociosæ verba quàm vitanda.

Sensus nostri quomodo circuncidendi sint. Esa. 2.

Iob 31. Circuncisio mystica quæ grata sit Deo, Genes. 17.

Vocatum est nomen eius Iesus.

Nominis impositionem in circuncisione fieri traditio creditur habuisse antiqua à tempore Abrahamæ. Idcirco hic quoque Christus nomen accepit, quod ab æterno habuit. Hoc est, nomen eius hodie euulgatum est, quod habet æternum. Vocatum est enim nomen eius Iesus, id est, Saluator. Hoc certè nomen, quo ad rem præcipue, diu est expectatum, diu desideratum, hodie est exhibitum. Olim enim longè erat à peccatoribus salus. Petebatur, sed non sentiebatur, vt prope esset Dominus omnibus inuocantibus illum. Sentiebatur magis & vocabatur etiam Deus vltionum: Dominus, Deus iudicij, Deus exercituum, & huiusmodi: quibus nominibus satiatus Dauid petijt, dicens: *Dix anima mea salus tua ego sum.* Quali dicat: *Satis sensimus te vindicem iniquitatum, Deum iudicij, Dominum exercituum. Absconde nunc nomina potestatis: audiamus nomen benignitatis. Sentiamus nomen bonitatis & salutis. Quod hodie impletum est, vt in epistola significatur hodierna: *Apparuit benignitas & humanitas Saluatoris nostri Dei.* Hoc est nomen quod impositum est à Patre Deo, sicut in Esdra legitur: *Reuelabatur filius meus Iesus cum his qui cum eo iucundabuntur.* Et iterum: *Et erit post annos hos. & morietur filius meus Iesus, & conuertetur seculum.* A prophetis quoque hoc nomen est cognitum: Vnde Abacuc dicit: *Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.* Nomen denique hoc est, ab angelo reuelatum. Dicitum namque fuit beatæ Mariæ per angelum: *Vocabis nomen eius Iesum.* Ad sanctum Ioseph quoque cum grauidam cerneret coniugem suam virginem Mariam, & turbaretur, angelus dixit: *Ioseph fili David, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est. Pariet autem Filium, & vocabis**

Nomina in circuncisione olim imponi solita.

Psal. 118.

Psal. 44.

Psal. 93.

Esaie 30.

Esa. 6.

Psal. 14.

Ticum 3.

4. Esdra 7.

Abacuc 3.

Luc 1.

Matth. 1.

Act. 4.

Philip. 2.

Luc. 1.

Nomina
quomodo
olim impo-
nebantur.
Gen. 38.
Gen. 35.
Exod. 2.
Galat. 4.

Matth. 1.

Ioel. 2.

nomen eius Iesum. Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. Nomen etiam hoc ab Apostolis est prædicatum. Non est enim, inquit Petrus, aliud uenit sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Est & hoc nomen ab omni creatura honoratum. In nomine enim Iesu omne genua steterunt caelestium, terrestrium, & infernorum.

Quod uocatum est ab angelo, priusquam in utero conciperetur.

Antequam angelo consensisset beatissima Maria ad concipiendum Filium Dei, reuelatum est ab angelo nomen hoc sanctum. Vbi sciendum, quando nomina ab hominibus imponebantur, plerumque ab euentu infantis nominis materiei. Et Esau, quia rufus, & Gerson filius Moysi, quia pater eius aduena in terra erat aliena. Et Manasses filius Ioseph, & alij multi, quorum nominum rationem scriptura suis in locis explicat. At uero, quando Deus nomen imponit, ex ipso nomine significat donum aliquod gratiæ ei, cui nomen imponitur, collatum. Sic Christo collatum est, ut saluaret omnes: idcirco uocatum est nomen eius Iesus, ut Euangelista ait: *Ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.* Quapropter charissimi, quia scriptum est, *Et erit, ut omnis qui inuocauerit nomen Domini saluus erit.* inuocemus in hoc nomine, & petamus ea, quæ nobis salutaria sunt. Neque enim fieri potest, ut aliquid in huius nomine petentibus negetur ab eo, qui est benedictus Deus in secula Amen.

SERMO IN EODEM FESTO.

Quid nobis sit Iesu nomen, & unde efficiamur filij Dei.

Effusio sanguinis Christi prima.

Nomen Iesu quanta sit dulcedinis.

Psalm. 95.
Psalm. 148.
Psalm. 97.

Glez. 18.

Vocatum est nomen eius Iesu. Luc. II. Duplex hodie nobis seruanda est Iesu memoria. Si quidem hodie primo sanguinem pro nobis suum adhuc infans tenellus fudit, circumcisis, matriquæ teneræ haud dubium compassionis uulnus acerbum infixit, ipse uehementer dolens. Neque enim in eo locum habuit, quod de cæteris solet dici infantibus, quod minorem sentiant dolorem in principio suæ infantia, propterea quod minorem tunc habeant imaginationem. Certè hoc de Christo non potuit dici infante. Omnia enim in eo erant perfecta in primo puncto temporis, quo fuit in utero uirginis incarnatus. Hoc igitur primum est, quod Deo pro sanguinis eius effusione agere debemus gratias.

Secundum, quod saluificum sibi nomen imponi uoluit. Nomen, quod tantæ foret dulcedinis, tanti amoris, tantæ reuerentiæ denique, ut nemini illud non gratum, nemini non consolatorium ac suauis sit. Quis enim uquam dulce hoc nomen horruit? *Cantate igitur & benedicite nomini eius, quia exaltatum est nomen eius solius.* Exultate Domino quia uenit, quoniam uenit non iudicare, sed saluare terram. Bene autem simul refertur, infantem Christum circumcisis, & Iesum uocatum. Quod enim circumcisis, infirmitatem carnis demonstrat: quod Iesus uocatur, potestatem diuinitatis. Est enim nobis